A. D. 1905.

CURRENDA II.

No. 2630.

DECRETUM
S. CONGREGATIONIS CONCILII
DE OBSERVANDIS ET EVITANDIS
IN MISSARUM MANUALIUM SATISFACTIONE.

Ut debita sollicitudine missarum manualium celebratio impleatur, eleemosynarum dispersiones et assumptarum obligationum obliviones vitentur, plura etiam novissimo tempore S. Concilii Congregatio constituit. Sed in tanta nostrae aetatis rerum ac fortunarum mobilitate et crescente hominum malitia, experientia docuit cautelas vel maiores esse adhibendas, ut piae fidelium voluntates non fraudentur, resque inter omnes gravissima studiose ac sancte custodiatur. Qua de causa Emi S. C. Patres semel et iterum collatis consiliis, nonnulla statuenda censuerunt, quae SSmus D. N. Pius PP. X. accurate perpendit, probavit, vulgarique iussit, prout sequitur.

Declarat in primis Sacra Congregatio manuales missas praesenti decreto intelligi et haberi eas omnes quas fideles oblata manuali stipe celebrari postulant, cuilibet vel quomodocumque, sive brevi manu, sive in testamentis, hanc stipem tradant, dummodo perpetuam fundationem non constituant, vel talem ac tam diuturnam ut tamquam perpetua haberi debeat.

Pariter inter manuales missas accenseri illas, quae privatae alicuius familiae patrimonium gravant quidem in perpetuum, sed in nulla Ecclesia sunt constitutae quibus missis ubivis a quibuslibet sacerdotibus, patrisfamilias arbitrio, satisfieri potest.

Ad instar manualium vero esse, quae in aliqua ecclesia constitutae, vel beneficiis adnexae, a proprio beneficiario vel in propria ecclesia hac illave de causa applicari non possunt; et ideo aut de iure, aut cum S. Sedis indulto, aliis sacerdotibus tradi debent ut iisdem satisfiat.

Iamvero de his omnibus S. C. decernit: 1.⁰ neminem posse plus missarum quaerere et accipere quam celebrare probabiliter valeat intra temporis terminos inferius statutos, et per se ipsum, vel per sacerdotes sibi subditos, si agatur de Ordinario dioecesano, aut Praelato regulari.

2.⁰ Utile tempus ad manualium missarum obligationes implendas esse mensem pro missa una, semestre pro centum missis, et aliud longius vel brevius temporis spatium plus minusve, iuxta maiorem vel minorem numerum missarum.

3.⁰ Nemini licere tot missas assumere quibus intra annum a die susceptae obligationis satisfacere probabiliter ipse nequeat; salva tamen semper contraria offerentium voluntate, qui aut brevius tempus pro missarum celebratione sive explicite sive implicite ob urgentem aliquam cusam depcscant, aut longius tempus concedant, aut maiorem missarum numerum sponte sua tribuant.

4.⁰ Cum in decreto *Vigilanti* diei 25. mensis Maii 1893. statutum fuerit „ut in posterum omnes et singuli ubique" locorum beneficiati et administratores piarum causarum, „aut utcumque ad missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive „laici, in fine cuiuslibet anni missarum onera, quae reliqua sunt, et quibus nondum sa„tisfecerint propriis Ordinariis tradat iuxta modum ab iis definiendum;„ ad tollendas ambiguitates Emi Patres declarant ac statuunt, tempus his verbis praefinitum ita esse accipiendum, ut pro missis fundatis aut alicui beneficio adnexis obligatio eas deponendi decurrat a fine illius anni intra quem onera impleri debuissent; pro missis vero manualibus obligatio eas deponendi incipiat post annum a die suscepti oneris, si agatur de magno missarum numero; salvis praescriptionibus praecedentis articuli pro minori missarum numero, aut diversa voluntate offerentium.

Super integra autem et perfecta observantia praescriptionum quae tum in hoc articulo, tum in praecedentibus statutae sunt, omnium ad quos spectat conscientia graviter oneratur.

5.⁰ Qui exuberantem missarum numerum habent, de quibus sibi liceat libere disponere (quin fundatorum vel oblatorum voluntati quoad tempus et locum celebrationis missarum detrahatur), posse eas tribuere praeterquam proprio Ordinario aut S. Sedi, sacerdotibus quoque sibi benevisis, dummodo certe ac personaliter sibi notis et omni exceptione maioribus.

6.⁰ Qui missas cum sua eleemosyna proprio Ordinario aut S. Sedi tradiderint ab omni obligatione coram Deo et Ecclesia relevari.

Qui vero missas a fidelibus susceptas, aut utcumque suae fidei commissas, aliis celebrandas tradiderint, obligatione teneri usque dum peractae celebrationis fidem non sint assequuti; adeo ut si ex eleemosynae dispersione, ex morte sacerdotis, aut ex alia qualibet etiam fortuita causa in irritum res cesserit, committens de suo supplere debeat, et missis satisfacere teneatur.

7.⁰ Ordinarii dioecesani missas, quas ex praecedentium articulorum dispositione coacervabunt, statim ex ordine in librum cum respectiva eleemosyna referent, et curabunt pro viribus ut quamprimum celebrentur, ita tamen ut prius manualibus satisfiat, deinde iis quae ad instar manualium sunt. In distributione autem servabunt regulam decreti *Vigilanti*, scilicet „missarum intentiones primum distribuent inter sacerdotes si„bi subiectos, qui eis indigere noverint; alias deinde aut S. Sedi, aut aliis Ordinariis „committent, aut etiam, si velint, sacerdotibus extra-dioecesanis dummodo si noti sint „omnique exceptione maiores," firma semper regula art. 6. de obligatione, donec a sacerdotibus actae celebrationis fidem exegerint.

8.⁰ Vetitum cuique omnino esse missarum obligationes et ipsarum eleemosynas a fidelibus vel locis piis acceptas tradere bibliopolis et mercatoribus, diariorum et ephemeridum administratoribus, etiamsi religiosi viri sint, nec non venditoribus sacrorum utensilium et indumentorum, quamvis pia et religiosa instituta, et generatim quibusli-

bet, etiam ecclesiasticis viris. qui missas requirant, non taxative ut eas celebrent sive per se sive per sacerdotes sibi subditos, sed ob alium quemlibet, quamvis optimum, finem. Constitit enim id effici non posse nisi aliquod commercii genus cum eleemysonis missarum agendo, aut eleemosynas ipsas imminuendo: quod utrumque omnino praecaveri debere S. Congregatio censuit. Quapropter in posterum quilibet hanc legem violare praesumpserit aut scienter tradendo missas ut supra, aut eas acceptando, praeter grave peccatum quod patrabit in poenas infra statutas incurret.

9.⁰ Iuxta ea quae in superiore articulo constituta sunt decernitur, pro missis manualibus stipem a fidelibus assignatam, et pro missis fundatis aut alicui beneficio adnexis (quae ad instar manualium celebrantur) eleemosynam iuxta sequentes articulos propriam, numquam separari posse a missae celebratione *neque in alias res commutari aut imminui*, sed celebranti ex integro et in specie sua esse tradendam, sublatis declarationibus, indultis, privilegiis, rescriptis sive perpetuis sive ad tempus, ubivis, quovis titulo, forma vel a qualibet auctoritate concessis et huic legi contrariis.

10.⁰ Ideoque libros, sacra utensilia vel quaslibet alias res vendere aut emere, et associationes (uti vocant) cum diariis et ephemeridibus inire ope missarum, nefas esse atque omnino prohiberi. Hoc autem valere non modo si agatur de missis celebrandis sed etiam si de celebratis, quoties id in usum et habitudinem cedat et in subsidium alicuius commercii vergat.

11.⁰ Item sine nova et speciali S. Sedis venia. (quae non dabitur nisi ante constiterit de vera necessitate, et cum debitis et opportunis cautelis), ex eleemosynis missarum, quas fideles celebrioribus Sanctuariis tradere solent, non licere quidquam detrahere ut ipsorum decori et ornamento consulatur.

12.⁰ Qui autem statuta in praecedentibus articulis 8, 9, 10 et 11, quomodolibet aut quovis praetextu perfringere ausus fuerit, si ex ordine sacerdotali sit, suspensioni *a divinis* S. Sedi reservatae et ipso facto incurrendae obnoxius erit; si clericus sacerdotio nondum initiatus, suspensioni a susceptis ordinibus pariter subiacebit, et insuper inhabilis fiet ad superiores ordines assequendòs; si vero laicus, excommunicatione latae sententiae Episcopo reservata obstringetur.

13.⁰ Et cum in const. *Apostolicae Sedis* statutum sit excommunicationem latae sententiae Summi Pontifici reservatae subiacere „colligentes eleemosynas maioris pretii, „et ex iis lucrum captantes, faciendo eas celebrare in locis ubi missarum stipendia minoris pretii esse solent" S. C. declarat, huic legi et sanctioni per praesens decretum nihil esse detractum.

14.⁰ Attamen ne subita innovatio piis aliquibus causis et religiosis publicationibus noxia sit, indulgetur ut associationes ope missarum iam initae usque ad exitum anni a quo institutae sunt protrahantur. Itemque conceditur ut indulta reductionis eleemosynae missarum, quae in beneficium Sanctuariorum aliarumve piarum causarum aliquibus concessa reperiuntur, usque ad currentis anni exitum vigeant.

15.⁰ Denique quod spectat missas beneficiis adnexas, quoties aliis sacerdotibus celebrandae traduntur, Eminentissimi Patres declarant ac statuunt, eleemosynam non aliam esse debere quam synodalem loci in quo beneficia erecta sunt.

Pro missis vero in paroeciis aliisque ecclesiis fundatis eleemosynam, quae tribuitur, non aliam esse debere quam quae in fundatione vel in successivo reductionis

indulto reperitur in perpetuum taxata, salvis tamen semper iuribus, si quae sint, legitime recognitis sive pro fabricis ecclesiarum, sive pro earum rectoribus, iuxta declarationes a S. C. exhibitas in *Monacen.* 25. Iulii 1874 et *Hildesien.* 21. Ianuari 1898.

In *Monacen.* enim „attendo quod eleemosynae missarum quorundam legatorum „pro parte locum tenerent congruae parochialis, Emi Patres censuerunt licitum esse „parocho, si per se satisfacere non possit, eas missas alteri sacerdoti committere, attri„buta eleemosyna ordinaria loci sive pro missis lectis sive cantatis". Et in *Hildesien.* declaratum est, „in legatis missarum aliqua in eclesia fundatis retineri posse favore „ministrorum ecclesiarum inservientium eam redituum portionem quae in limine funda„tionis, vel alio legitimo modo, ipsis assignata fuit independenter ab opere speciali „praestando pro legati adimplemento".

Denique officii singulorum Ordinariorum erit curare ut in singulis ecclesiis, praeter tabellam onerum perpetuorum et librum in quo manuales missae quae a fidelibus traduntur ex ordine cum sua eleomosyna recenseantur, insuper habeantur libri in quibus dictorum onerum et missarum satisfactio signetur.

Ipsorum pariter erit vigilare super plena omnimoda executione praesentis decreti: quod Sanctitas Sua ab omnibus inviolabiliter servari iubet contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae ex Sacra Congregatione Concilii die 11. Maii 1904.

† *VINCENTIUS* Card. Ep. Praenestinus, *Praefectus.*

C. De Lai, *Secretarius.*

Udzielając Wielebnemu Duchowieństwu Naszemu powyższe rozporządzenie kongregacyi soboru trydenckiego, podnosimy ważniejsze momenta, które — według wyraźnego zastrzeżenia samego dekretu—obowiązują pod grzechem ciężkim. I tak:

1) Msza manualna, jakakolwiek: za żywych czy za umarłych powinna być odprawiona w ciągu miesiąca od chwili jej przyjęcia; kto naraz z jednej ręki 100 intencyj mszalnych otrzymał, ma 6 miesięcy czasu do ich odprawienia. Co do mniejszej lub większej liczby intencyj naraz otrzymanych, trzymać się należy w odprawieniu powyższej proporcyi.

2) Czas w poprzednim punkcie oznaczony może być jeszcze skrócony lub przedłużony, jeżeli taka jest wola dających na Mszę św. W razie tedy większej ilości intencyj mszalnych, wypada się zastrzedz w obec przynoszących stypendya, że Msza św. dopiero później będzie odprawioną, gdy czas na nią przyjdzie i zapytać dla spokoju swego sumienia, czy się godzą, by za 2 lub 3 miesiące uczynić zadość przyjętemu obowiązkowi.

3) Dekret kongregacyi „Vigilanti" z dnia 25. maja 1893, że mianowicie po skończonym roku należy do Ordynaryatu Biskupiego przesyłać nieodprawione intencye mszalne, należy rozumieć o Mszach fundacyjnych lub przywiązanych do beneficyum; co do Mszy manualnych, to należy po roku od chwili *przyjęcia* przesłać nieodprawione intencye, jeżeli większą ilość naraz, z jednej ręki otrzymano.

4) Zbywającą, według powyższych przepisów, ilość intencyj mszalnych należy przesłać do Ordynaryatu lub Stolicy św. przedłożyć wraz z odpowiedniem stypendyum; rozumie się, o ile wola dających co do miejsca (ołtarza np. i czasu odprawienia) temu się nie sprzeciwia. Po przesłaniu intencyj kapłan już zwolniony jest od wszelakiej odpowiedzialności. Można także przesłać intencye do odprawienia kapłanom, ale tylko znanym sobie osobiście i zasługującym ze wszech miar na zaufanie; ale w tym wypadku konieczne jest potwierdzenie, że Msze św. odprawiono. W braku tej pewności kapłan posyłający zobowiązany jest Msze św. sam lub przez kogo innego odprawić i to nawet wtenczas, gdy stypendyum już przesłał.

5) Podobnie i Ordynaryat domagać się ma potwierdzenia co do Mszy przesłanych, że Msze św. odprawiono, bez tego ma tu zastosowanie zupełne końcowa uwaga punktu poprzedniego.

6) Wzbronionem zostaje odtąd oddawanie intencyj mszalnych kupcom, chociażby i aparatów kościelnych, także wydawcom gazet, chociażby nimi byli kapłani, jak również i przyjmowanie jakiegokolwiek przedmiotu, np. i wydawnictwa kościelnego z obowiązkiem odprawienia pewnej liczby Mszy św. Kongregacya soboru trydenckiego widzi w tem pewien rodzaj kupczenia, niegodny sprawy najświętszej, jaką jest Przenajśw. Ofiara. Zabronionem jest nawet oddawanie Mszy św. na cele religijne i dobroczynne. Zakaz ten obowiązuje już od 1. stycznia bieżącego roku.

7) Zbywające Msze św. należy oddawać ze stypendyum bez żadnego umniejszenia; chyba że się rozchodzi o Msze erekcyjne, ciążące na beneficyum bez określonego ich kapitału; za nie wystarcza dać taksę dyecezalną. Stypendyum za Msze fundacyjne oddaje się w całości bez uszczuplenia odprawiającemu, chyba że fundator zastrzegł wydatki na służbę kościelną, które należy strącić i uiścić.

8) Za przekroczenie zakazu, przytoczonego pod nr. 6. wyznaczona jest na kapłanów suspenza latae sententiae, zarezerwowana Stolicy Apostolskiej, zaś na świeckich ekskomunika także latae sententiae, zastrzeżona biskupowi. Zupełne i nadal znaczenie ma posiadać cenzura ekskomuniki latae sententiae Stolicy Apost. zastrzeżona na tych, którzy zbierają stypendya mszalne w miejscach, gdzie są stypendya większe a posyłają je do miejsc, gdzie są stypendya mniejsze i tak zysk w ten sposób z rzeczy najświęt. czerpią.

9) Wyjaśnić Nam jeszcze wypada, że przez Msze manualne rozumieć tu należy nie tylko intencye mszalne, składane zwykle przez wiernych, ale i zapisane testamentem, byle nie były fundacyami wieczystemi; nawet Msze obciążające majątek prywatny, nie przywiązane do żadnego kościoła, na których odprawienie familia daje co roku stypendyum, uważać należy według powyższego dekretu za manualne. Wreszcie tym przepisom, co manualne, mają podlegać odtąd i te intencye mszalne, które wprawdzie są wieczyście przy jakimś kościele ufundowane, ale tam nie mogą być odprawione i dlatego z prawa albo za zezwoleniem Stolicy św. mają być gdzieindziej przesłane. Korzystając z tej wzmianki przypominamy, że Msze św. fundowane przy jakimś kościele czy kaplicy bez osobnego zezwolenia gdzieindziej odprawiane być nie mogą. — Na mocy osobnego upoważnienia Stolicy Apostolskiej Ordynaryat ma władzę dać pozwolenie na odprawienie tych Mszy fundacyjnych w innym kościele, w obrębie jednak Dyecezyi.

Ogłaszając Wam, Wielebni Bracia, ten dekret, upraszamy o ścisłe jego przestrzeganie, o unikanie wszelakich pod tym względem uchybień, bo święte sprawy święcie należy załatwiać „Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter".

Wiedeńskie Towarzystwo św. Franciszka Regis,

którego glównym celem jest troska o uprawnienie dzikich małżeństw katolików, zwróciło się do Nas za pośrednictwem WW. OO. Zmartwychwstańców wiedeńskich z prośbą o polecenie P. T. Duchowieństwu Naszej Dyecezyi, aby pomagać temu Towarzystwu w osiągnięciu jego celów przez chętne i rychłe wydawanie dokumentów, jakich ono w interesie wychodźców robotników z Naszej Dyecezyi we Wiedniu w nieprawych stosunkach żyjących, czyto wprost, czy za pośrednictwem odnośnych Urzędów parafialnych lub OO. Zmartwychwstańców zażąda.

Ponieważ rozchodzi się tu o dobro dusz owieczek Naszych, wzywamy usilnie wszystkich Rządców Kościołów, aby ochotnie wydawali takie dokumenta.

Nadmieniamy przytem, iż wszelkie koszta i wydatki kancelaryjne z tą czynnością połączone, z całą gotowością ponosi wyżej wspomniane Towarzystwo.

SPRAWOZDANIE
męskiego Towarzystwa św. Wincentego a Paulo w Tarnowie za rok 1904.

Sprawozdanie kasowe:

Dochody w r. 1904. Tajne wkładki tygodniowe na konferencyach 524 k. 54 h.— Członkowie honorowi 708 k. 14 h. — Fundacye dobroczynne 1350 k. 13 h. — Dobrodzieje 265 k. — Skarb JO. Książąt Sanguszków 485·k. — Kwesty 486 k. 31 h.—Skarbonki 25 k. 79 h. — Magistrat miasta Tarnowa 100 k. — Kasa Oszczędności w Tarnowie 200 k. — Inne 309 k. 60 h. — Razem 4454 k. 51 h. — Pozostałość kasowa z r. 1903 100 k. 51 h. — **Razem 4555 k. 02 h.**

Rozchody w r. 1904. Chleb. kasza, opał, ubranie 2653 k. 52 h. — Komorne dla ubogich 637 k. — Internatowi św. Józefa 240 k. — Ochronce na Strusinie 220 k. — Towarzystwu „Ojczyzna" 150 k. — Towarzystwu „Praca" 80 k. — Święcone 137 kor. 20 h. — Gotówką 312 k. — Trumny 8 k. — **Razem 4437 k. 72 h.**

Zestawienie:		
	Dochody w r. 1904 . .	4555 k. 02 h.
	Rozchody w r. 1904 . .	4437 k. 72 h.
	Pozostałość kasowa z r. 1904	117 k. 30 h.

Tarnów dnia 10. stycznia 1905.

Dr. Władysław Kruczkiewicz Prezes — *Ks. Dr. Jan Bernacki* Skarbnik — *Ks. Dr. Jakób Stanczykiewicz* Sekretarz.

Prośba o składkę na kościół w Sromowcach niżnych.

Polecamy miłosierdziu i ofiarności Duchowieństwa i dyecezyan gwałtowną potrzebę wybudowania nowego kościółka filialnego w Sromowcach niżnych, i w tym celu zamieszczamy odezwę przez tamtejszy komitet ułożoną:

Pod samemi Pieninami tuż przy „Trzech Koronach", w powiecie Nowy Targ w Galicyi, leży filia Sromowce Niżnie, poczta Krościenko nad Dunajcem.

Jest to zakątek zapomniany, otoczony węgierską masoneryą i żydami, który stoi na strażnicy tak mowy ojczystej jak i wiary katolickiej, od strony polskiej odcięty całkowicie Pieninami, tak dalece, że parafianie chcąc dostać się do kościoła parafialnego w Krościenku, muszą przeprawiać się przez Dunajec na Węgry, a stamtąd przez Niedzicę i Czorsztyn do Krościenka, co czyni 26 klm.

Wysokie c. k. Ministerstwo widząc to, przeznaczyło kongruę dla księdza ekspozyta w Sromowcach Niżnych. Ale gdzież on ma nabożeństwo odprawiać i słowo Boże głosić?

Jest wprawdzie kościółek drewniany przed 359 laty zbudowany, ale w jakże w mizernym znajduje się stanie! Dotychczas księża ekspozyci nie pozwolili wprawdzie upaść tej maleńkiej świątyni, ale nie potrafili ochronić od wichrów, deszczu i śniegu ludzi zbierających się na nabożeństwo, a zmuszonych stać około kościoła, bo kościółek maleńki, zaledwie 8 metrów długi a 5 metrów szeroki, a nadto grozi upadkiem. Cóż tedy nam uczynić wypada? Czy z założonemi rękami biadać bezskutecznie, lub może dziesiątki lat składać grosz do grosza, aby potomkowie nasi po stu latach mogli dopiero pomyśleć o należnem uczczeniu Boga?

Jeden jest nasz Ojciec niebieski, a my wszyscy Jego dzieci, więc zwracamy się do Was Panowie i Panie z gorącą prośbą: ulitujcie się Wy nad nami, podając nam dłoń pomocną, ofiarując choćby jedną cegiełkę na budowę nowej świątyni Pańskiej pod wezwaniem św. Katarzyny.

Parafianie w liczbie 760 dusz są tak ubodzy, bo corocznie gradem, ulewami i zatorem lodowym nawiedzani, że ani myśli, aby tym wszystkim brakom zaradzić mogli. Dlatego pozostaje jedyny ostateczny sposób zaradzenia tej nędzy, zapukać do serc litościwych Wielmożnych Panów Dobrodziejów i Pań Dobrodziejek.

Wiemy, że zewsząd zgłaszają się potrzebujący o wsparcie, ale mamy i to przekonanie, że w tak wyjątkowych okolicznościach znajdziemy miłosierdzie i choć drobną ofiarę—o którą usilnie prosimy—otrzymamy.

Sromowce Niżnie, data stempla pocztow. Ost. poczta Krościenko nad Dunajcem.

Komitet budowy Kościoła w Sromowcach Niżnych:

Ks. Jan Kwiatkiewicz *Jędrzej Borzęcki* *Wojciech Cichoń* *Stanisław Drohojewski.*

W tym celu rozporządzamy, aby w jednę niedzielę zarządzono na sumie składkę i uzbieraną kwotę odesłano do kancelaryi konsystorskiej.

Poszukuje się metryki

Stanisław Żuławski w Poddębcach p. Uhnów poszukuje metryki urodzenia i chrztu dziadka swego Jana Kantego Żuławskiego, który był synem Ignacego i Maryi z Grochowskich właścicieli dóbr Szyk w Sandeckiem, urodzony około r. 1780. — Za wyszukanie tej metryki przyrzeka wypłacić 100 koron.

Mutationes inter Ven. Clerum.

Nominati: R. Stan. Kocyan Administrator in Otfinów, R. Jos. Olszowiecki Administr. in Muszyna.

Institutus ad Benef. in Gnojnik R. Josephus Nowak.

Translati: R. Joan. Tokarz e Przyszowa ad Łososina Górna — R. Casimirus Sałewski e Gnojnik ad Męcina, qua Administrator in spirit.

Applicati qua **Cooperatores:** R. Carolus Zdebel Ordinis S. Pauli Eremitae in Łapczyca — R. Hilar. Jarosiewicz Ord. Fr. Min. in Szczawnica — R. Ambros. Ligas, Ord. Fr. Min. in Przyszowa.

Decoratus Exp. Can R. Joannes Czopek, Par. in Jakubkowice.

Piis ad aram precibus commendantur:

anima p. m. **Dr. Josephi Kasprzak**, parochi in Otfinów qui die 28 Januarii obiit.

anima p. m. **Andreae Gruszka**, Parochi in Muszyna, qui die 5. Februarii mortuus est Societati precum pro felici morte **adscriptus**.

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 15. lutego 1905.

† LEON
BISKUP.

X. Władysław Chendyński
Kanclerz.

Nakładem Kleru dyecezalnego. Drukiem Józefa Styrny w Tarnowie